



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV**

**Muret, Marc-Antoine**

**Antverpiæ, M. D. LXXXVI.**

Cap. 4. De loco quodam ex Odis Horatij.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

locus est eiusdem vocis ignoratione corruptus libro tertio Floridorum. Igitur, quod difficile factu erat, eademque re vera arduum nobis existimabatur, gratum esse populo, placere ordini, probari magistratibus, & principibus, praefusiue dixerim, iam quod ammodo mihi obigit. Praefusiue enim, non praefusiue, eo loco legendum est. Jampridem haec scripseram, cum ad me Tibur allatae litterae ab Oberto Giphano homine in primis erudito, in quibus scriptum erat, Quod vulgo apud Gellium libro decimo Noctium Atticarum, & eius libri capite xxxiiii. legitur *pristini* & *pristine*, in Veteribus leguntur *prafiscini*, & *prafiscine*. certeque in vetere Macrobio quem mihi commodauit Hercules Ciofanus Sulmonensis, ubi illa omnia ex Gellio, ut solet Macrobius descripta referuntur, legitur *fiscine* & *fiscini*, deprauius quidem, sed tamen manifestis rectae scripturae vestigiis.

De loco quodam ex Odis Horatii.

CAP. IIII.

OMINOSVM esse crediderunt veteres illi, veteris religionis ignoracione occaecati, occursum serpentis, viam qua quis iter facturus esset quasi discantem; exque ea superstitione dictum ab Horatio est

*Rumpat & serpens iter institutum.*

apertius autem etiam idem cognoscitur ex Heliodoro suauissimi scriptoris, Ethiopicum libro tertio, ubi legitur: αυτοι δ' αρα η κωμους εντες γεροντες, η παρ εχθροισιν νεκροι κειμενοι, κροκοδειλον ορωσιν απο δεξιων οπισθεν διαπερυσοντα, η τω ρειθρι το ποταμου ουδενος μη καταδυμενον. οι μεν δη αλλοι συνιδως τε η αδορυβαντην οφθεν ηγον. πλιω οσον ο καρδιαις κωλυμα η ηδ' οφθαλμοις οπισθιαις παρελεγον. Sed hoc aut nihili est, quod quoque non inuitus fatebor, aut, si non profus in-

gnum erat quod notaretur, reperietur certè, qui vel à  
le iam pridem animaduersum, vel etiam è scidis atque  
aduersariis tuis à me sublectum esse contendat.

Emendatus locus ex Politicis Aristotelis.

CAPVT X.

**A**RISTOTELES septimo Politicon quorun-  
dam errorem notans, qui felicitatis causam  
non in virtute, sed in opibus ac copiis esse censent, ait  
perinde eos ridiculè facere, ac si, quòd musicus ali-  
quis bene caneret, eius rei causam non in artem, sed  
in lyram referrent. Id autem his verbis exprimit: Δὲ  
ἐν μουσικῇ ἀνθρώποι τὸ δίδμουσι αἶψα τὰ εὐτὸς ἢ ἢ  
ἐκ τῆς ἀρτιότητος, ὡς περ εἰ τὰ κινεῖται ἐν λαμπρῶν καὶ χαλῶς αἰπῶτα  
τὸ λόγον μᾶλλον τὸ τέχνης. Quibus in verbis, ut illud præ-  
tream, quòd legi malim aut αἰπῶτα, αὐτὸ εἶπε τὸ κινε-  
εῖται, aliud mihi multo grauius subesse mendum vi-  
detur. Neque enim τὰ κινεῖται ἐν λαμπρῶν καὶ χαλῶς,  
sed τὰ κινεῖται ἐν λαμπρῶν χαλῶς legendum puto: Λάμ-  
προς enim veteris musici proprium nomen fuit:  
quàm boni, nihil ad rem: hoc enim tantùm signifi-  
cat Aristoteles, si Lamprus bene canat, id non lyra, sed  
artificio ipsius effici, & ridiculum fore, si quis id non  
artificio ipsius, sed lyrae tribuendum esse contendat.  
Lampri autem mentio est apud Platonem principio  
Menexeni: vbi Socrates ait, facile esse, Athenis Athe-  
nienses laudare, non ei modò qui præstantes magi-  
stros nactus sit, quales ipse habuerat, rhetorices qui-  
dem Aspasiam, musices verò Connum: sed ei etiam  
qui minus bonos, ut musices Lamprum, rhetorices  
Antiphontem. Hunc Lamprum Athenæus, non sanè  
ex consuetudine musicorum, abstemium fuisse ait:  
profertq. in eum amara quædam dicta veteris poëtae  
Phrynichi,

Mureti  
Lectio  
LIII  
28